

nuit in supra dicta Civitate Niuerniensi, circa Octavam in Praefato Abbatiali Palatio die XII. Mensis Decembris Anno MDCCLXXII. In praedictorum Notariorum praesentia et praememoratus Sermus Rex Testator, se una cum Nobis supradictis Notarijs in praescriptionibus praesentium (alias minutis) subscripsit.

Ioannes Casimirus Rex.

Regnault et Bourgoin Notary Regij.

Dictus Bourgoin infrascriptus penes quem praescriptio, seu Minuta extat, praesentes Iure Sigilli muniri debere dixit, et subscriptum est Bourgoin et Regnault, et inde sequentia sunt Scripta.

Die XIII. dicti Mensis Decembris eiusdem supradicti. Anni MDCCLXXII. Niuerni post Meridiem Nos Notary Regij Supradicti et infrascripti ad Manum datum saepe memorati Sermi Regis Testatoris, Nos Nos ad eum contulimus eumque in eodem Cubiculo, in quo pridie in lecto infirmitate, detentum invenimus, mente et animo sanum offendimus, qui Nobis iniunxit sibi supra scriptum Testamentum perlegi, id quod ab Uno Nostrum in praesentia alterius explicite factum, ex abundante declaravit, quod vellet, ac intelligeret, ut integrum, uti praemissum sortietur effectum. Et ultra addendo donavit, et legavit praesentibus Iure Codicillorum Dno Comiti de Varenhof Filio Natali Regis Vladislai IV felicis recordationis Fratris eius Summam Triginta Millium Florenorum Tournois, quam Summam ex praerogationibus Navium in praesenti Testamento Supramemoratarum accipiet, et id ob benevolentiam, quam erga illum gerit. Quem admodum etiam vult, et desiderat, simul, ut post Obitum Tria Millia Missarum, pro quiete anime suae recitentur, et celebrentur, in illis Ecclesijs, quas Domina Principissa Palatina Executrix Testamentaria desiderabit, ac saepius ipsi lectis, et repetitis Codicillis, praesentibus suum plenum, et integrum sortiri effectum voluit, et dixit, prout factum eius Testamentum in dicto Abbatiali Palatio circa Septam pomeridianam Anno, die, loco, et hora, ut supra, Praesentibus supra dictis Notarijs,